

Isrobemium

maiestate in diuinitate equalitas in carne sola filij proprietatis. non autem ab eo patris aut spiritus sancti recessit aliquam diuinitatem. Cum ergo una sit deitas. una deitas impleuit quidem carnem christi pater et spiritus sanctus sed maiestate et noui susceptione. Si celum et terram implet pater implet spiritus sanctus carnem christi de se vere alio deserre non potuerunt quoniam in diuinitatis unitate manserunt. **P** Dicendum est etiam quod opus incarnationis quibus attribuitur patri ut ibi quoniam venit plenitudo temporis misit deus filium suum. Quibus attribuitur filio ut ibi exiit a patre et ueni in mundum. Quibus spiritui ut in symbolo. Qui conceptus est de spiritu sancto. Sed ideo hec dicuntur quod opus incarnationis fuit maxime potentie sapientie et bonitatis que tribus personis attribuntur. **Q** Sunt autem plures rationes quare filius incarnatus fuit et non pater uel spiritus sanctus. Prima ut precandam sapientiam quam mundum addiderat reprobatio fieret. Secunda est ut quod filius est in deitate esset et filius in humanitate. Tercia ut patris erga nos ostenderet caritas. Unde iohannes. Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. Quarta quod nullum decet magis reducere hominem ad diuinam cognitionem quam uerbum quo se pater declarat quod est uerbale carni sicut et uerbum uoci. Quinta quod nullum decet magis reducere ad filiationem adoptiuam quam filium naturalem. Et quoniam si filius dei humanam assumpsit carnem non tamen se diuisit a patre sed totus et integer manens apud patrem integer et indiuisus in humano aduenit corpore. non enim pater unigenitus uenit in corpore nec ipse se diuisit ut dimidius apud patrem et dimidius esset in uirgine sed totus apud patrem et totus in sinu patris totus in humano genere corpore non relinquens superiora uenerunt quare terrena que in celis sunt suans que in terris sunt saluans ubique totus et

Capitulum III.

in celo et in terra et apud patrem et in uirgine. **R** Notandum etiam quod in conuersione omnium decens erat ut fieret scur sus triu de triplici ierarchia. scilicet diuina angelica et humana. Unde in misterio incarnationis fuit scur angelus nuncians et uirginis scurpietis ac ubi dei carnem assumentis. **S** Cum uero filius dei in mundum mittitur non fuit loci mutatio sed nature humane assumptio quod ipse mitti est esse ab alio ubique ut prius fuit ab initio. hec alteritas non ex parte eius que est cum sit immutabilis sed ex parte eius in quo est quod uis nostre carni uis mutatio non fuit ex parte sui sed ex parte nostri quod post incarnationem fuit in patre sicut semp

Ca. III.
Distinquam autem filium dei propter salutem humani generis hominem assumpsisset alio carne et incarnatus fuisset in eadem carne incepit aggredi modum per quem genus humanum saluum faceret quod perierat. **I**ste autem modus redemptionis nostre fuit amara passio et mors sua per quam saluati et a morte eterna liberati sumus. De qua ipse ait. **N**isi granum frumenti cadens in terram. mor. fu. ip. so. ma. **Q**uod exponens beatus augustinus dicit. **S**e autem dicebat granum ipse mortificandus infidelitate iudeorum et multiplicandus fide omnium populorum. **I**tem dominus alibi dicit. **E**go si exaltatus fuero omnia traham ad meipsum. **E**t sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in ipso non perat sed habeat uitam eternam. **U** Per ista igitur dicta intelligere debemus quod salus eterna perfluxit humano generi ex passione christi quam sustinuit in cruce sua passione diabolum uicit quem ligauit in infernum quem spoliavit morte quam superauit celumque aperuit. **X** De modo

Prohemium

aut patendi hoc sciendum est quod passus est Christus passione generalissima. passio ne acerbissima. passio ignotissima. passione interemptoria sed vivificata. Generalissima in quantum ad naturam humanam non solum secundum omnia membra corporis principalia. verum etiam secundum omnem animam potentiam sustinuit. licet nihil pati posset secundum naturam divinam. Passus est etiam passione acerbissima. quod non solum dolendo verum patiens vulnera sed etiam dolens propter nostra delicta. Passus est etiam passione ignotissima propter patibulum crucis quod erat supplicium pessimum. et propter sortium iniquorum latronum vicium cum quibus reputatus erat. Passus est etiam passione interemptoria per separationem animae a corpore. salva tamen unione utriusque cum deitate. Anaxima enim est qui dicitur dei filius naturam quam semel assumpserat reliquisse. Quia igitur reparatum principium sicut ordinata produxit. sic et ordinate reparare debuit genus humanum. ideo Christus salvum honorem dei reparavit offerendo obsequium satisfactorium. **A** Est autem satisfacere deo honorem debitum rependere. Honor autem deo subtractus pro superbia et inobedientia hominis fuerat qui nullo modo melius restituitur quam per humilitatem et obedientiam Christi. Quia ergo Christus Iesus deus equalis erat patri in forma dei in quantum homo innocens nullatenus erat debitor mortis dum se metipsum exinamavit et factus est obediens usque ad mortem. qui exolvit deo quod non rapuit pro obsequium satisfactoris perfecte. et obtulit sacrificium suavitatis summe pro perfecta dei placatione. **B** Item debuit reparari pro remedio convenientissimum. Convenientissimum autem anime remedium est. ut dicitur per tractatus curensem. quod ergo homo volens esse sapiens ut deus. peccavit in ligamento vitio. volens delectari ita quod inclinatus est ad libidinem erectus in presumptionem. ac pro hoc totum genus humanum infe-

Capitulum III

ctum est et perdidit immortalitatem et incurrit debitam mortem. **E** Hinc est quod ad hoc quod homo repararet convenienti remedio deus factus homo voluit humiliari et in ligamento pati. et contra vitem infectionem pati passione generalissima. contra libidinem passione acerbissima. contra presumptionem passione ignotissima. pro mortem debitam et invitam in alijs hominibus pati mortem non invitam sed voluntariam. Quia ergo generalitas corruptionis infecerat in nobis non solum corpus et animam. sed etiam omnem corporis partem et omnem animae potentiam.

D Hinc est quod Christus passus est in omnibus corporis sui partibus. in omnibus potentiam animae. et in superiore portione rationis quam summe in deo delectabatur. ut ratio propter unionem suam ad superius. et summe patiebatur ut natura propter conjunctionem ad inferius quod Christus erat viator et explorator simul. Rursus quod libido vehementer infecerat in nobis animam et carnem et quantum ad carnalia et quantum ad spiritualia peccata. Hinc est quod Christus et acerbissima passione passus est in carne. et amarissima passione passus est in anima. Et quod in carne maxima erat equalitas proplexionis et perfectiva civitas sensuum. in anima vero summa caritas ad deum et summa pietas ad proximum. Hinc est quod uterque dolor fuit intensissimus. Amplius considerandum est quod tumor superbie surgit aliquando interius ex presumptione. aliquando exterius ex ostentatione ex aliena laude. ideo ad remouendam omnem superbiam passus est utriusque generis ignominie et in se patiente. et in comitatu quem habuit in passione. **E** Postremo quod hec omnia non attingebat divina naturam impassibilem sed solum humanam. hinc est quod in morte Christi sic facta est divisio anime a carne ut tamen salva esset unitas persone et unio tam carnis quam anime cum deitate. **F** Et quod unio anime cum corpore facit hominem et facit unum. hic est quod Christus

non fuit homo in illo triduo licet caro
 et anima essent cum verbo. **U**n qz mors
 in humana natura non potuit mortem in-
 ducere in personam que sempiterna fuit ideo
 mortua est mors in vita et per christi mortem
 absorpta est mors in victoria et prin-
 ceps mortis devictus ac per hoc homo a
 morte et causa mortis per meritum mortis
 christi tanquam per remedium efficacissimum li-
 beratus. **Ca. V G**

De exitu autem et

fructu passionis christi. Hec scien-
 da sunt. scilicet quod anima christi post passionem descen-
 dit ad infernum siue ad limbum ad libera-
 tionem non omnium sed eorum que inter membra
 christi decesserunt per fidem viuam vel per fidei fa-
 ctam. **P**ost hanc terciam diem resurre-
 xit a mortuis resumendo corpus quod pri-
 us uiuificauerat sed non tale quale prius
 fuerat quia prius fuerat passibile et mor-
 tale postquam resurrexit impassibile fuit et
 immortalis uiuens perpetue. **D**einde
 post .xl. dies ad celos ascendit ubi super
 omnem creaturam exaltatus sedet ad dexte-
 ram dei patris quod dictum intelligitur non
 quantum ad situm que non uenit deo patri sed
 quantum ad excellentiam bonorum que .s. resi-
 det in prioribus bonis patris. **P**o-
 stremo interiectis .x. diebus misit in
 apostolos spiritum sanctum promissus per quem congre-
 gata est ecclesia gentium et ordinata secundum
 distributiones diuersas officiorum et gra-
 rum. **N**on autem ad intelligentiam predictorum
 hoc est quia christus in quantum uerbum increatum
 omnia perfectissime reformare debuit. **D**e-
 cet enim perfectissimum principium opus non
 dimittere citra perfectum. debuit ei repa-
 rari principium redemptionis humane
 remedium reducere ad perfectum. **A**d hoc
 autem quod esset perfectissimum oportuit ut esset
 sufficientissimum et efficacissimum. **Q**uia
 ergo ut esset sufficientissimum ideo se extendit
 ad celestia terrestria et infernalium. **Q**uia

ergo per christum sunt infernalium recuperata
 terrestria remediata celestia reintegra-
 ta ita quod primum horum fecit perueniam. secun-
 dum per gratiam. tertium per gloriam ideo post
 passionem anima descendit ad inferos ad
 liberandum in inferno detentos. **D**einde
 resurrexit a mortuis ad uiuificandum
 mortuos in partibus. **A**scendit ad celos
 reducendo captiuitatem ad integrandum
 iherusalem celestem misit spiritum sanctum ad
 edificandum iherusalem terrestrem que omnia necesse
 est consequi et exigunt ad sufficientiam
 redemptionis humane. **R**ursus quia res-
 medium illud fuit edificatissimum itaque in
 eos que christi aduentum precesserunt que in eos
 qui sequuntur qui tamen ad ipsum accedunt et
 accesserunt et eius membra fuerunt et sunt.
Tales autem sunt qui adherent ei per fidem
 spem et caritatem ideo remedium istud ef-
 ficaciam habere debuit. primo in eos que
 christum crediderunt credendo sperauerunt
 et sperando amauerunt. **A**c per hoc statim
 debuit ad inferos descendere ad ipsorum
 liberationem unde aperta ianua celi per
 christi passionem que satisfaciendo remoueat
 ruphram mutando scilicet diuinam eripuit
 de inferno omnia sua membra. **D**ebuit etiam
 efficaciam habere precipuam in eos qui
 christi aduentum sequuntur ut attingendo ad
 fidem spem et caritatem tandem ad gloriam
 perduceret celestem. **U**t igitur edifi-
 ficaret ad fidem qua credimus christum uerum
 deum et uerum hominem qua credimus eum uolu-
 isse nos redimere per mortem et ad vitam
 nos reducere posse post resurrectionem ideo
 uoluit resurgere ad vitam immortalem
 interiecto tamen spacio temporis .s. debi-
 to .xxxvj. horarum in quo ostenditur
 quod uere mortuus fuit nec magis accel-
 lerare ne si citius resurgeret crederetur
 quod non uere mortuus fuisset sed se mor-
 tuus finxisset nec amplius differre ne
 si semper iaceret in morte crederetur
 impotens et quod nullos posset ad vitam